bilis Georgij Michałowski siue eius successores ad Instantiam praefati Nobilis Heliae Krupnicki vel eius Postentionem ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex parte recessu superscripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praetacta Terrestria simpliciter absque corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Cadeuisdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari, ad munimenta ac Euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Praemisliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis eaedem Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi Feria Secunda in Crastino Festi Sanctissimae et Indiuiduae Tri

nitatis Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono Popiel Consorti suae Advitalitatem inscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Theodor Popiel Kolodnub sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et comparen. recedendo Praesentiumque Castrensi Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Annae Horzowska (Nobili Stephani Horzowski cum olim Nobili Anna Horzowska) Nobilis Stephani Horzowski cum olim Nobili Anna Blaziowska procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae super summa Mille florenorum Polonicalium in bonis certis terris videlicet na Obtrane dworskim Ecclesiae Zamoyskiego in bonis villae Stupnica Terra et Districtu Praemisliensi consisten. modo quouis ac Iures titulo habiten. Aduitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae eiusdem tempora inscripsit et concessit, prout inscribit et concedit praesen. tali videlicet modo, quod si prius post fatum Nobilem Theodorum Popiel Kolodnub Recognoscentem maritum, quam praedictam Nobilem Annam Horzowska sui Recognoscentis Consortem de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Anna Horzowska Consors sua bona eadem supra scripta morte eiusdem mariti sui derelicta cum omni eorundem Iure, Dominio et proprietate, omnibusque et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijsque et pertinen. generaliter

vniuersis

universis, tenebit, habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice uti- fruetur, ad extrema dierum vitæ suæ tempora. post mortem vero eiusdem Nobilis Annæ Horzowska consortis suæ, extunc eadem bona supra inscripta omnia ad successores præfati Nobilis Theodori Popiel mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successorum præfatæ Nobilis Annæ Horzowska coniugis suæ cum pleno iure eorundem bonorum præmissorumq omnium devolventur.

Vniatycki Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq præsentibus Castren Capitan Præmislien Nobilis Joannes Vniatycki [illegible] sanus mente et corpore existens, a [illegible] Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibus propriis et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seunt successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Annæ Dobranska sui Recognoscentis Consorti legitimæ eiusq posteris, Summam Centum sexaginta florenorum polonicalium ratione veræ dotis et expeditionis post eam acceptæ et in domum suam importatæ, nec non aliam similem summam Centum sexaginta florenorum Polonicalium ratione certi, veri, [illegible] et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumq quarumuis pecun, nec non auri, argenti, clenodiorum, vnionum, margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, æris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius supellectilis domesticæ, nunc habitæ et in post habendæ, dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit, et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat plene.

per